

Alte Drucke

**P. VIRGILII || MARONIS OPERA IN-||DVBITATA, || BVCOLICON,
|| GEORGICON, || ÆNEIS. || QVIBVS ACCESSERVNT ET || ALIA
QVAEDAM LECTIONI || & studio ...**

Vergilius Maro, Publius

Lipsiae, 1590

VD16 ZV 30860

P. VIRG. MARONIS AETNA.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149950

Quippe aequis semper gaudet deus ille coruscus.
 Huic verè misera (quoniam damnata deorum
 Iudicio, natiq; & coniugis ante fuisset)
 Infesti, appositq; odium crudele parentis.
 Namq; ut in aethereo signorum munere prestans,
 Vnum quem duplici stellarum fidere vidi,
 Scorpius alternis clarum fugat Oriona:
 Sic inter sese tristes Haliaetus iras,
 Et Cyri memori seruant ad secula fato.
 Quacumq; illa leuem fugiens secat aethera pennis,
 Ecce inimicus atrox magno stridore per auras
 Insequitur Nisus: quàm se fert Nisus ad auras,
 Illa leuem fugiens raptim secat aethera pennis.

P. VIRG. MARONIS

A E T N A.

A T N A mihi, ruptiq; cauis fornacibus ignes,
 Et qua tam fortes voluant incendia caussa,
 Quod fremat imperium, quid raucos torqueat astus,
 Carmen erit. dexter venias mihi carminis autor:
 Seu te Cynthos habet, seu Delos gratior illa,
 Seu tibi Dodone porior: tecumq; fauentes
 In noua Pierio properent à fonte sorores
 Vota, per insolitum Phoebo duce cautius itur.
 Aurea securi quis nescit secula regis?
 Cum domitis nemo Cererem iactaret in aruis,
 Venturisq; malas prohiberet frugibus herbas:
 Annua sed saturæ complerent horrea messes,

ipse

*Ipse suo flueret Bacchus pede, mellaq; lentis
Penderent folijs, & pingui Pallas oliua,
Secretos amnes ageret cum gratia ruris,
Non cessit cuiquam melius sua tempora nosse.
Vltima quis tacuit iuuenum certamina Colobus?
Quis non Argelico desleuit Pergamon igni
Impositam? & tristi natorum funere matrem?
Auer summe diem, sparsosue in semine dentes?
Quis non periura doluit mendacia puppi
Desertam vacuo Minoida littora questus?
Quicquid in antiquum iactata est fabula carmen,
Fortius ignotas molimur pectore curas:
Qui tanto motus operi, quæ caussa perennis
Explicet in densum flammæ, & ructet ab imo
Ingenti sonitu moles, & proxima quæq;
Ignibus irriguis vrat, mens carminis hæc est.
Principio, ne quem capiat fallacia vatium,
Sedes esse dei, tumidisq; è faucibus ignem
Vulcani ruere, & clausis resonare cavernis
Festinantis opus: non est tam sordida diu
Cura, neq; extremas ius est dimittere in artes
Sidera, subducto regnant sublimia cælo:
Illa neq; artificum curant tractare laborem.
Discrepat à prima facies hæc altera vatium:
Illis Cyclopes memorant fornacibus vsos,
Cum super incudem numerosa in verbera sortes,
Horrendum magno quaterent sub pondere fulmen,
Armarentq; Iouem, turpe est sine pignore carmen.
Proxima viuaces Aetnæi vertick ignes*

Impia sollicitas Phlegreis fabula castris.
 Tentauere (nefas) olim detrudere mundo
 Sidera, captiuique Iouis transferre gigantes
 Imperium, & victo leges imponere caelo,
 His natura sua est, alio tenus ima per orbes
 Squamens intortos sinuat vestigia serpens.
 Construitur magnis ad praelia montibus agger,
 Pelien Ossa terit, summus premit Ossa Olympus.
 Iam coacervatas nituntur scandere moles,
 Impius & miles metuentia cominus astra
 Prouocat infestus cunctos ad praelia diuos.
 Prouocat † ē admotis †
 Iuppiter è caelo metuit, dextramq; cornu
 Armatus flamma renouat caligine mundum,
 Incurfant vasto primum clamore gigantes.
 Hic magno tonat ore pater, geminantq; fauentes
 Vndiq; discordes comitum simul agmine venti.
 Densa per attonitas funduntur fulmina nubes,
 Atq; in arma ruit quaecumq; potentia diuum,
 Et Mars seuus erat, iam caetera, turba deorum.
 Stant vring; metus, validos tum Iuppiter igneis
 Increpat, & iacto perturbat fulmine montes.
 Illinc deuicta vertuntur terga ruina
 Infesta diuis acies, atq; impius hostis
 Praeceptis cum castris agitur, materq; iacenteis
 Impellens victos, cum pax est reddita mundo,
 Tum Liber celsa venit per sidera coli,
 Defensiq; decus mundi nunc redditur astris.
 Gurgite Trinacrio morientem Iuppiter Aetna

M m

Obruit

Obruunt Enceladum, vasti qui pondere mentis
 Aestuat, & patulis expirat faucibus igneus:
 Haec est mendosa vulgata licentia fame.
 Vatis ingenium est, hinc audit nobile carmen
 Plurima pars scenae, verum est fallacia, vates
 Sub terra nigros viderunt carmine manes,
 Atq; inter cineres ditis pallentia regna
 Mentiti vates stygias vndasq; canesq;
 Hi Tityon septem strauere in iugera sedum.
 Sollicitant magna te circum Tantale pena,
 Sollicitantq; sibi. Minos, tuaq; Aeace in vmbra,
 Iura cadunt ydemq; rotant Ixionis orbem.
 Quicquid & interius falsi sibi conscia terra est,
 Non est terra satis, speculantur numina diuinum,
 Nec metuunt oculos alieno admittere caelo.
 Norunt bella deum, norunt abscondita nobis
 Coniugia, & falsa quoties sub imagine peccent
 Taurus in Europen, in Ladam candidus ales,
 Iupiter vt Danae preciosus fluxerit imber.
 Debita carminibus libertas ista, sed omnis
 In vero mihi cura, canam quod feruida motu
 Aestuat Aetna, nouisq; rapax sibi congerat ignis.

Quacung; immensus terra se porrigit orbis,
 Extremiq; maris curuis incingitur vndis,
 Non torum est solidum, desit namq; omnis hiatus.
 Secta est omnis humus, penitusq; cauata latebris,
 Exiles suspensa vias agit, vtq; animantis
 Per tota errantes percurrant corpora vena,
 Ad vitam sanguisq; omnis qua comineat idem.

Terra voraginibus conceptas digerit auras.
 Scilicet haud olim diuiso corpore mundi
 In maria, ac terras, & sidera fors data cælo
 Prima, secuta maris, desedūq; infima tellus.
 Sed totis rimosa canis, & qualis aceruus
 Exilit imparibus iactis ex tempore saxi,
 Vt crebro intortus spacio vacuata corymbos
 Pendeat in sese, simili quog; terra figura
 In tenues laxata vias, non omnis in arcum
 Nec stipata coit, siue illi causa vetusta est,
 Nec nata est facies, seu liber spiritus intra
 Effugiens molitur iter, seu lympa perenni
 Edit humum limo, sursumq; obstantia mollit:
 Aut etiam inclusi solitum excedere vapores,
 Atq; igni quæsitā via est, siue omnia certis
 Pugnaūre locis, non est hic causa docendi,
 Dum stet opus caussæ: quis enim non credat inanes
 Esse sinus, penitus tantos emergere fontes
 Cum videt, ac torrentem imo se emergere hiatu?
 Non ille ex tenui, vocemq; agat, acta necesse est
 Cum fluit, errantes arcessant vndiq; & vndas,
 Et trahat ex pleno, quod fontem contrahat, amne.
 Flumina quinetiam latis currentia riuis
 Occasus habuere suos, aut illa vorago
 Direpta in præceps fatali condidit ore,
 Aut occulta fluunt tectis adoperta cauernis,
 Atq; inopinatos referunt procul edita cursus.
 Quod si diuersos emittat terra canales,
 Hospitium fluuiorum, aut semita nulla profecto

Fontibus, & riuis constet via, pigraq; tellus
 Conserta in solidum segnis sub pondere cesset.
 Quod si precipiti conduntur flumina terra,
 Condita si redeunt, si qua ante incondita surgunt,
 Haud mirum clausis etiam si libera ventus
 Spiramenta latent, certis tibi pignora rebus
 Atq; oculis hasura vias dabit ordine tellus.
 Immensum plerumq; sinus, & iugera pessum
 Intercepta leget, densaq; abscondita nocti
 Prospectare procul chaos, ac sine fine ruina
 Cernis, & in siluis spaciola cubila retro,
 Antraq; demissis pedibus fodisse latebris.
 Incomperta via est operum, tantum insluit intra,
 Argumenta dabunt ignoti vera profundi,
 Tu modo subriles animo duce percipe curas,
 Occultamq; fidem manifestus astrue rebus.
 Nam quod liberior, quoq; est animosior ignis,
 Semper & inclusus, nec victus, seuior ira est
 Sub terra, penitusq; mouens, hoc plura necesse est,
 Vincla magis soluant, magis hoc obstantia pellant,
 Nec tamen in rigidos exit contenta canales
 Vis anime: flamma auertit, qua proxima cedunt,
 Obliquumq; secat, qua visa tenerrima caussa est.
 Hinc terra tremor, hinc motus, vbi densus biatu
 Spiritus exagitat venas, cessantiaq; vrget.
 Quod si spissa foret solidoq; instaret inani,
 Nulla daret miranda sui spectacula tellus,
 Pigraq; & in pondus confestim mobilis esset.
 Sed summis si forte putas concedere caussis

Tantum opus, & summis alimentum viribus oru,
 Quae valida in promptu cernis, validosque recessus,
 Fallere, sed nondum tibi certa hac lumine recto.
 Namq; illud quodcumq; vacat specus omnis hiatu,
 Ei res introuit soluant, adituque patenti
 Conuerse languent vires, animosque remittant.
 Quippe vbi contineat ventos, quae, quiq; morantes
 In vacuo desint: cessat, tantumque profundi
 Explicat errantes, & in ipso limine tardat.
 Angustis opus est turbare in faucibus illos.
 Feruet opus, densique fremunt, premiturq; ruina,
 Hinc furim Borea atq; Noto: nunc vnus vterq; est,
 Hinc venti rabies, hinc saeuo quassat hiatu,
 Fundamenta solo trepidant, vrbesque caduca.
 Inde neque est aliud, si fas est credere, mundo
 Venturam antiquam faciem, veracius omen.
 Hac primo species rerum, naturaue terra,
 Introrsus cessante solo trahit vndique venas.
 Aetna sua manifesta fides, & proxima vero est,
 Non illic duce me occultas scrutabere causas,
 Occurrent oculis ipsa, cogenique fateri,
 Plurima namque patent illi miracula monti.
 Hinc vasti terrent aditus, merguntque profundo,
 Corripit hinc arctus, penitusq; quod exigit vltra.
 Hinc spissae rupes obstant, discordiaque ingens
 Inter opus nectunt varium, mediumque coercent,
 Pars igni domita, pars ignes ferre coacta,
 Vt maior species Aetna succurrat inanis.
 Hac illi sedes, tantarumque area rerum est.

Nunc opus artificem incendit, causamq; reposci:
 Non illam parui, aut tenuis discriminis, ignes
 Mille sub exiguo ponent tibi tempore veras
 Res, oculiq; docent, res ipsa credere cogunt.
 Quin etiam tactu moneant contingere toto,
 Si liceat, prohibent flamma custodiatq; ignis.
 Illi operum est, arcent aditu, diuinag; rerum
 Vt maior species Aetna succurrat inani.
 Cura sine arbitrio est, eadem procul omnia cerni.
 Nec tamen est dubium penitus quis torquat Aetna,
 Aut quis mirandus tanta faber imperet arti.
 Pellitur exusta glomeratus nimbus arena,
 Flagrantes properant moles, voluuntur ab imo
 Fundamenta, fragor tota nunc rumpitur Aetna,
 Nunc fusca pallent incendia mista ruina.
 Ipse procul magnos miratur Iuppiter igneus,
 Nette sepulta noui surgant in bella, gigantes,
 Neu Ditem regni pudeat, neu tartara celo
 Vertat in occulto, tantum premit omnia dextra.
 Congeries operis saxorum, & putris arena,
 (Quae nec sponte sua faciunt, nec corpora vlli
 Sustentata cadunt robustis viribus) omnis
 Exigitur, vertit vasa omnia vertice sauo,
 Indensum congesta rotant, voluuntq; profundo,
 Hec causa expectata ruunt incendia montis.
 Spiritus inflatus nomen languentibus aër.
 Nam prope natura par est violentia semper,
 Ingeniam velox illi, motusq; perennis.
 Verum opus auxilio est vt pellat corpore, nullus

Impetus est ipsi, qua spiritus imperat, audit.
 Nunc princeps, magnusq; sub hoc duce militat ignis:
 Huic quoniam in promptu est operi natura soliq;
 Vna ipsi venti, qua res incendia pascit,
 Cum subito cohibetur, inest qua causa silenti
 Subsequar, immensus labor est, sed fertilis idem.
 Digna laboranti respondent premia curis.
 Non oculus solum pecudum miranda fuere
 More, nec effusus in humum graue pascere corpus,
 Nosse fidem rebus, dubiasq; exquirere causas
 Sacra per vrgentem, capitiq; attollere caelum,
 Scire quot, & qua sint, cur magno talia mundo,
 Principia occasus, metuunt, ad secula pergunt,
 Et firma aeterno religata est machina mundo.
 Sola scire modum, & quanto minor orbita luna est,
 Cur illi breuior, cur isti peruolet orbis
 Annum, ille monet qua certo sidera currant
 Ordine, quae suo careant incondita cura.
 Scire vices etiam signorum, & tradita iura.
 Nubila cur caelo, terra denunciet imbres:
 Quod rubeat Phœbe, quod frater palleat igni.
 Tempora cur variant anni, primaq; iuuenta
 Ver prae aetatem, cur aetas ipsa senescit:
 Autumnusq; obrepit hyems, & in orbe recurrit.
 Axem scire Elicis, & tristem nosse Cometen:
 Lucifer vnde miuet, quae Hesperus, vnde Bootes,
 Saturni cur stella tenax, cur Martia pugnaz,
 Quo rapiant nauta, quo sidere lintea tendant,
 Scire vias maris, & caeli praedicere cursus.

M m 4

Quo

Quo volet Orion, quo Sirius incubet index.
Et quaecumq; iacent tanto miracula mundo
Non digesta pari, nec acervo condita rerum:
Sed manifesta notis certa disponere sede
Singula, diuini est animi, ac iucunda voluptas.
Sed prior hac hominis cura cognoscere terram,
Et quae nunc miranda tulit natura, notare,
Hec nobis magna affinis caelestibus astris.
Nam quae mortali spes est, quae amentia maior,
In Iouis errantem regno perquirere velle?
Tantum opus ante pedes transire, et perdere seguis!
Torquemur miseri in paruis, premimurq; labentis,
Dum sese precio redimant, verumque professi,
Tum demum viles taceant, inopesque relicta.
Noctes atque dies festinant arua coloni,
Callent rure manus, glebarum vsu experiuntur,
Fertilis hac segitisque feracior, altera vitis,
Hac platanis humus, hac herbis dignissima tellus.
Hac diti melior pecori, siluisque fideli:
Aridiora tenent olea, succosior vlinis
Gratia, leues cruciant animos, & corpora caussa,
Horrea vti saturent, tumeant & dolea musta,
Plenaque deserto surgant scemia campo,
Sic audui semper, quae visum est carius istu.
Implendus sibi quisque bonis est artibus, illa
Sunt animi fruges, hac rerum maxima merces,
Scire quid occulto natura terra coëcet,
Nullum fallere opus, non multos cernere sacros
Aetnei montis fremitus, animumq; furentu:

Non subito pallere sono, non credere, subter
Scrutamur rimas, evertimus omne profundum,
Queritur argenti semen, nunc aurea vena.
Torquentur flamma terra, ferroq; domantur.
Celestes migrasse minas ad tartara mundi.
Nosse quid impediat ventos, quid nutriet igneis:
Vnde repente quies, & multo foedere pax sit.
Concrecant anima penitus, seu forte caeuerna,
Introitusque ipsi seruent, seu terra minutis
Rara foraminibus, neue in se distrahat aura.
Plenius hoc etiam rigido qua vertice surgit,
Illinc infestus, atque hinc obnoxius intus
Vndique diuersas admittere cogitat auras,
Et contrariis addit concordia vires.
Sive introitus agunt nubes, & nubilus Auster,
Sive forsan flexere caput, tergoq; feruntur.
Præcipiti delata sono premit vna, fugatq;
Torrentes curas, pulsataque corpora densat.
Nam veluti resonante diu Tritone canoro,
Pellit opes collectus aqua, victusque mouere
Spiritus, & longas emugit buccina voces,
Carmineque irriguo magni cortina theatri
Imparibus numerosa modis canit arte regentis,
Qua tenuem impellēs animum subremigat vndam:
Haud aliter summotas furens torrentibus aura
Pugnat in angusto, et magnū commurmurat Actna.
Credendum est etiam, ventorum existere causas
Sub terris similes harum, quas cernimus extra,
Vt cum densa cremant inter se corpora, turba

Elisa in vacuum fugiant, & proxima secum
 Nomina tota trahunt, tutaq; in sede resistent,
 Quod si forte mihi quadam discordia tecum est,
 Principijsq; alijs credas consurgere ventos,
 Non dubium rupes aliquas penitusq; cauernas
 Proruere ingenti sonitu, casuq; propinquas
 Diffugere, impelliq; animas, hinc cernere ventos,
 Aut humore etiam nebulas effundere largo,
 Ut campis agrisq; solent, quos obruit amnis.
 Vallibus exorients caligat nubilus aër,
 Flumina parua ferunt auras, vis proxima vento est,
 Eminus aspirat fortis, & verberat humor.
 Atq; hac in vacuo sit tanta potentia rerum est,
 Hoc plura efficiant infra, clausiq; necesse est.
 His agitur causis extra, penitusq; coactis,
 Exagitant ventos, pugnant in faucibus arcte,
 Pugnantes suffocant intus, ut vnda profundo
 Terq; quaterq; exhausta graues ubi peribit Euros,
 Ingemmat fluctus, & prunos vltimus vrget:
 Haud secus astrictus certamine tangitur istu
 Spiritus, inuoluensq; suo sibi pondere vires
 Densa per ardentes exercet corpora venas.
 Et quacumq; iter est properat, transitq; morantem,
 Donec confluuij reuolutis aestibus amnis
 Exilit, atq; furens tota vomit igneus Aetna.
 Quod si forte putas iisdem decurrere ventos
 Faucibus, atq; iisdem pulsus remeare, notanda
 Res oculis locus ipse dabit, cogetq; negare.
 Quamuis coeruleo siccus sic frigeat aether,

Purpureo-

Purpureūq; rubens surgat iubar aureus ostre.
Illinc obscura semper caligine nubes,
Pigraq; defuso circum stupet humida vultu,
Prospicitat sublimis opus, vastosq; recessus.
Non illam videt Aetna, nec vllō intercepti aestu,
Obsequitur quacunq; iubet levis aura, reditq;
Placantes etiam cœlestia numina thure
Summo æerne ingo, vel qua liberrimus Aetna
Improsperatus biat, tantarum semina rerum,
Si nihil irritet flammæ, stupeatq; profundum.
Huic igitur credis, torrens vī spiritus ille,
Qui rupes, terramq; vorat, qui fulminat igneis.
Cur egit vires, & præceps flexit habenas.
Præsertim ipsa suo declivia pondere nunquam
Corpora diripiant, validoq; absolueret arcu.
Quod nisi fallor, adest species, tantosq; ruinis
Impetus attentos oculorum transfigit ictus.
Nec leuitas tantos igitur ferit aura, mouetq; :
Sparsa liquore manus sacros vbi ventilat ignes,
Verberat ore tamen, pulsataq; corpora nostra
Incur sant : adeo tenuis vim causa repellit.
Non cinerem, stipulamūe leuem, non arida sorbet.
Gramina, non tenuis plantis humor exit eisdem,
Surgit odoratis sublimis fumus ab aris.
Tanta quies illi est, & pax innoxia parti,
Sive peregrinis igitur proprijsūe potentes
Coniurant animæ causis, ille impetus ignis
Et montis partes atras subuertit arena.
Vastaq; concursu trepidantia saxa fragoris,

Arden-

Ardentesq; simul flammæ ac fulmina rumpunt,
 Haud aliter, quam cum prono iacere sub Austro,
 Aut Aquilone fremunt silvæ, dant brachia nudo
 Implicata, & serpunt iunctis incendia ramis.
 Nec te decipiant, stolidi mendacia vulgi,
 Exhaustos cessare sinus, dare tempora rursus,
 Ut rapiant vires, repetantq; in pralia victi.
 Pelle nefas animo, mendacemq; exue famam,
 Non est diuinis tam sordida rebus egestas,
 Nec paruas mendicat opes, nec congregat auræ.
 Præsto sunt operi veniorum examina semper.
 Causa latet, querunt pariter, coguntq; morari,
 Sæpe premit fauces, magnis exhausta ruinis
 Congeries, clauditq; vias luctamine ab imo,
 Et scisso veluti tecto sub pondere præsto est:
 Haud secus à teneris cum secum frigida monti
 Desidia est, tutoq; licet discedere montes,
 Post ubi continuere moram, velocius vrgent,
 Pellunt oppositas moles ac vincula rumpunt:
 Quicquid in obliquum est frangunt, iter acrior idæ
 Impetus exoritur, magnis operata rapinis
 Flamma micat, latoq; ruens exundat in agros.
 Si cessant à rure ferunt spectacula remi,
 Nunc superant quæcumq; regunt incendia silvæ,
 Quæ flammæ alimenta vocent, quid nutriet æterna
 Incendi poterunt, illis vernacula causis
 Materia, oppositumq; igni genus vile terrent.
 Vritur assidue calidus nunc sulfuris humor,
 Nunc spissus crebro præbetur vimine succus.

Pingue

Pingue bitumen adest, & quicquid cominus atras
Irruat flammæ, illius corporis Aetna est,
Atq; hanc materiam penitus discurrere fontes,
Insecta erumpunt, & aqua radice sub ipsa
Pars oculis manifesta iacet, quæ corpore dura est,
Ac lapis, in pingui feruent incendia succo.
Quinetiam variè quædam sine nomine saxa
Toto monte liquant: illis custodia flammæ
Vera, tenaxq; data est, sed maxima causa molaris
Illius incendi lapidis, sic vindicat Aetnam.
Quem si fortè manu teneas, & robore cernas,
Nec seruare putes ignem, nec spargere posse:
Sed simul ac ferro queras, respondet & ictu
Scintillat calor: hunc multis circumdare flammis,
Et potes extorquere animos, atq; exue robur,
Fundetur ferro citius, nam mobilis illi
Et metuens natura mali est, vbi cogitur igni.
Sed simul atq; hausit flammæ, non tutior hausta
Vlla domus seruans aciem, duramq; tenaci
Septa fides, tutum est illi, patientia victo,
Vix vnquam redit in vires, atq; euomit ignem.
Totus enim denso stipatur robore, tarda
Per tennes admissa vias incendia nutrit,
Cunctanterq; eadem, pigreq; accepta remittit.
Nec tamen hoc vno quod montis plurima pars est
Vincit, & incendi causam tenet, illa profecto
Miranda est lapidum viuax, animosaq; virtus.
Cætera materies quæcumq; est fertilis igni,
Vt semel accensa est moritur, nec restat in illa,

Quod

Quod repetas, tantū cinis, & sine semine terra est.
 Sic semel atq; iterum patiens, ac nulle perhausit
 Ignibus instaurat vires, nec desinit ante,
 Quam leuis excocto defecit robore pumex
 In cinerem, patresq; iacit delapsus arenas.
 Cerne locis etiam similes arsisse cauernas:
 Illic materia nascentis copia maior,
 Sed genus hoc lapidis certissima signa colorū,
 Quod nullas adiunxit opes, & languit ignis.
 Dicitur insidijs flagrans Aenaria quondam
 Nunc extincta super, testisq; Neapolin inter
 Et Cumas locus est multū iam frigidus annis,
 Quamuis aeternum pinguescat ab vbere sulfur.
 In mercem legitur, tanto est fecundior Aetna
 Insula, cui nomen facies dedit ipsa rotunda.
 Sulfur enim solum, nec obesa cacumine terra est.
 Et lapis accretus relegendis ignibus aptus.
 Sed raro fumat, qui vix succenditur ardet,
 In breue mortales flammās quot copia untrit.
 Insula durata Vulcani nomine sacra.
 Pars tamen incendi maior refrinxit, & alto
 Iactatas recipit classes, portūq; tuetur.
 Qua restat minor, & diues satis vberē terra est;
 Sed non Aetnae vires quae conferat illi.
 Atq; hac ipsa tamen iam quondam extincta fuisse,
 Ni furtim generet secretis callibus humor
 Materiam, siluamq; suam, pressorq; canali
 Huc illuc ageret ventos, & pasceret ignes.
 Sed melius res ipsa nota est, spectataq; verū

Occurrit

Occurrit signis, nec tentat fallere pestem.
Nam circa latera, atq; imis radicibus Aetna
Candentes efflat lapides, disiectaq; saxa
Intereunt venis, manifesta ut credere possis
Pabula, & ardendi causam lapidem esse molarem,
Cuius defectus ieiunus colligit ignis.
Ille ubi collegit flammās, iacit & simul ictu
Materiam accendit, cogitq; liquefcere secum.
Haud equidem mirum factu, quod cernimus extra
Si lenitur opus, restat magis, virtur illic,
Sollicitatq; magis vicina incendia saxum,
Certaq; ventura praeiungit pignora flammā.
Nam simul atq; mouet curis, turbamq; minutus
Diffugit, extemploq; solum trahit, ictaq; ramis,
Et graue sub terra murmur demonstrat, & ignes.
Tum pauidum fugere, & sacris cum cedere rebus
Parere, & tuto speculari omnia colli.
Nam subito efferruēt onerosa incendia raptis:
Accensa subeunt moles, truncatq; ruina,
Prouoluunt, atq; atra sonant examina arena.
Nec recipit flammās mons, hinc defissus anhelat,
Atq; aperit se hostis, decrescit spiritus illic,
Haud aliter, quam cum lato deuicta tropheo
Prona iacet campis acies, & castra sub ipsa.
Tum si quis lapidum summo pertabuit igni,
Asperior sopita, & quaedam sordida fax est,
Qualem purgato cernes discedere ferro.
Verum ubi paulatim exiluit sublata caducis
Congeries saxi, angusto ē vertice surgunt.

Sic veluti in fornace lapis torretur, & omnis
 Exurit penitus venis, subit altius humor
 Amisus opibus, leuis sine pondere punex.
 Excoquitur, liquor ille magis seruare, magisq;
 Fluminis in speciem miris procedere tandem
 Incipit, & primis demittit collibus vndas,
 Ille paulatim bis senu in millia pergunt.
 Quippe nihil reuocat, curtis nihil ignibus obstat,
 Nulla tenet frustra moles, simul omnia pugnant,
 Nunc siluas, rupeque vorat, hæc tela, solumque,
 Ipsa adiuvit apes, facileque sibi induit annos.
 Quod si forte cauis cunctatus vasibus hasit,
 Vipore inaequales voluens perpascitur agros,
 Ingeminat fluctus, & stantibus increpat vndis,
 Sicut cum curuo rapidum mare cernitur æstu,
 Ac primum tenuis sinus agit vltiores
 Progrediens late diffunditur, & succernens,
 Flumina consistunt ripis, ac frigore durant,
 Paulatimque ignes coeunt, ac flammea misu,
 Eruitur facies tunc prima, vt quæque rigescit,
 Effumat moles, atque ipso pondere tracta
 Voluitur ingenti strepitu, præcepsque sonanti
 Cum solido inflexa est, pulsantes dissipat ictus,
 Et qua disclusa est, candenti robore fulget.
 Et micat examen pelagis ardentia saxa,
 Scintillat procul esse fide, procul esse ruentes.
 Incolumi seruore cadunt. verum impetus ignes
 Si fumant quondam, vt ripas traiecerit amnis,
 Vix iunctis quisquam fixo dimouerit illas,

Vicinus

Vicinos persæpe dies iacet obruta moles.
Sed frustra certis disponere singula causis
Tentatus, si firma manet tibi fabula mendax.
Materiam ut credas aliam, furere igne favillam,
Plurima pro pietate, simul condescere, sicq;
Commistum mento flagrare bitumine sulfur.
Nam post exhaustam Cretam quoq; robore fundit,
Et figulos huic esse fidem deum frigoris usu
Duriciem revocare suam, & constringere venas.
Sed signum commune lenè est, atq; irrita causa,
Quæ trepidat, verum tibi certo pignore constat.
Nam velut arguti natura est aris & ignis
Cum domitum constat, eademq; & robore saluo
Viramq; ut possis aris cognoscere portam:
Haud aliter lapis ille tenet, seu forte madentes
Effluit in flammæ, seu sit securus ab illis,
Conseruatq; notas, nec vultu perdidit ignes.
Quinetiam externam multus color ipse resoluit,
Non odor aut leuitas, putris magis ille, magniq;
Vna operis facies, eadem perq; omnia terra est.
Nec tamen inficior lapides ardescere certos,
Interius furere accensos, hæc propria virtus.
Quin ipsi quædam Siculi cognomina saxi
Imposuere fricas, etiam ipso nomine signant
Fusillum esse notas, nunquam tamen illa liqueunt,
Quamvis materies foueat succosior intus,
Nec penitus vena fuerint commissa molari.
Quod si quis lapidis miratur fusile robur,
Cogitet obscuri verissima dicta libelli

N n

Her4-

Heracleti, & ibi nihil insuperabile gigni,
Omnia quæ rerum natura semina iacta.
Sed nimium hoc mirum, densissima corpora sæpe
Et solido vicina, tamen comescimus igni.
Non animos æris flammis succumbere cernis?
Lenticiem plumbi non exurit, ipsaq; ferri
Materies prædura, tamen subuertitur igni,
Spissaq; suspensis fornacibus aurea saxa
Exudant præcium, quædam fortasse profundo
Incomperta iacent, similisq; obnoxia sorti.
Nec locus ingenio est, oculi te iudice vincent.
Nec lapis ille riget percussus, & ignibus obstat,
Si parvis torrere velis, cælusq; patenti
Candentem, pressumq; agendum fornace coercere.
Nec sufferre potest, nec sauum durat in hostem,
Vincitur, & soluit vires, captusq; liquescit.
Quæ maiora putas autem tormenta moueri
Posse manu? quæ tanta putas incendia nostris
Sustentare opibus, quantis fornacibus Aetna
Vritur, & sacro nunquam non fertilis igne?
Sed non qui nostro feruet moderatior usu,
Sed cælo propior, vel quali Iuppiter ipse
Armatus flamma est, his viribus additus ingens
Spiritus astrictis elisus faucibus, ut quum
Fabriles operas rudibus contendere mæsis
Festinant, ignes quatiant, follesq; trementes
Exanimant, pressosq; instigant agmine ventos,
Hæc operis fama est, sic nobilis vritur Aetna.
Terra foraminibus vires trahit, vrgēt in æthrum,

Spiritus

Spiritus incendi viuit per maxima saxa.
 Magnificas laudes, operosaq; visere templa
 Diuijs hominum, aut sera memorare vetusta
 Traduce materia, & terris per proxima vatis
 Currimus; atq; auidi veteris mendacia fama
 Bruimus, cunctasq; libet percurrere gentes.
 Nunc iuuat Ogygijs circundata moenia Thebis,
 Cernereq; & fratres, ille impiger, ille canorus
 Condere felices alineo interserit auro,
 Inuitata pio nunc carmina saxa, lyraq;
 Nunc gemina ex vno fumantia saxa vapore
 Miramur, septemq; duces, raptumq; profundo.
 Detinet Eurosas illic & sparsa Lycurgi:
 Et facit in bellum numerus sua turba recenti.
 Nunc hic Cecropia varijs spectantur Athenae
 Carminibus, gaudentq; sui victrice Minerua,
 Excidit hic reduci quondam tibi perfide Theseu,
 Candida sollicito permittere vela parenti.
 Tu quoq; Athenarum carmen tam nobile sidus
 Erigone sedes vestra Amphionia canoris
 Euocat in siluis, & tu soror hospita tectis
 Acciperis: solis Tereus ferus exulat agris.
 Miramur Troia cineres, & flebile victus (mum
 Pergamon, extinctosq; suos Phrygas. Hectora pri-
 Conspicimus magni tumultum ductus, hic & Achilles
 Impiger, & victu magni iacet Hectoris ultor.
 Quinetiam Graiae fixos tenere tabella,
 Signaue, nunc Paphia rorantes parte capilli,
 Sub truce nunc parui ludentes Colchide nati,

Nunc tristes circa subiecta altaria cerua,
 Velatusq; pater, nunc gloria vna minoris :
 Quinetiam ille manus operum, turbatq; morantem
 Has visenda putas terra dubiusq; marisq;
 Artificis natura ingens opus aspice, nulla
 Cum tanta humanis Phœbus spectacula cernes,
 Pracipueq; vigil feruens, cum Sirius ardens
 Insequitur miranda tamen sua fabula montem :
 Nec minus ille pius, quanquam sors nobilis ignis.
 Nam quando ruptis excanduit Aetna cauernis,
 Et velut euersis penitus fornacibus ignes,
 Et vecta in longum rapidis feruoribus vnda,
 Haud aliter sauo, quam cum Ioue fulgurat aether,
 Et nitidum obscura cœlum caligine torquet.
 Ardebant aruis segetes, & millia cultu
 Iugera cum dominis, siluae, collesq; videntes.
 Vix tum castra putant hostem mouisse, tremebant,
 Et iam finitima portas euaserat vrbis.
 Tum verò, vt cuiq; est animus, viresq; rapina,
 Tutari conantur opes, gemit ille sub auro :
 Colligit ille arma, & stulta ceruice reponit :
 Defectum raptus illum sua carmina tardant,
 Hic velox nimium properat sub pondere pauper :
 Et quodcunq; fuit cari, fugit ipse sub illo.
 Sed non incolumis dominum sua praeda secuta est.
 Cunctantes vorat ignis, & vndiq; torret auaros,
 Consequitur fugisse ratos, & premia captis
 Concrepat, ac nullis p. usura incendia pascunt,
 Vel solis parsura diis: namq; optima proles

Amphion

Amphion, fraterq³ pari sub munere fortes,
 Cum iam vicinis streperent incendia tectis,
 Aspiciunt pigrumq³ patrem, matremq³, senemq³,
 Heu heu defessos posuisse in limine membra,
 Parcite auara manus, dites attollite pradas,
 Illis ditæ sola materq³, paterq³.
 Hanc rapiunt pradam, mediumq³ exire per ignem
 Ipso dante fidem properant: ô maxima rerum,
 Et merito pietas homini tutissima virtus.
 Erubere pios iuuenes attingere flamma,
 Et quacunq³ ferunt illi vestigia, cedunt.
 Felix illa dies, illa est innoxia terra,
 Dextra sua tenent, leuaq³ incendia feruent.
 Ille per obliquos igneis, fraterq³, triumphans
 Tutus utraq² pio sub pondere sufficit illa,
 Et circa geminos avidus sibi temperat ignis.
 Incolumes abeunt tandem, & sua numina secum
 Salua ferunt, illos mirantur carmina vatum,
 Illeg³, se posuit claro sub nomine Ditis.
 Nec sanctos iuuenes attingunt sordida fata,
 Sed verè cessere domus, & iura piorum.

C O P A.

C O P A. Syrisca caput Graia redimita mitella,
 Crispum sub crotalo docta mouere latus,
 Ebria fauosa saltat lasciua taberna,
 Ad cubitum raucos excutiens calamos.
 Quid iuuat æstiuo defessum puluere abesse,
 Quam potius bibulo decubuisse toro?

Nn 3

Sunt